



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc.
Iesv Theologi**

Albertini, Francesco

Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV

5. Liberi vt piè educentur aduigilat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46785)

hâc etiam in parte Angelum Custodem beneuolum experiri licet; ad ipsum igitur pijs precibus votisque accurre. Numnam vxoris Manue obliuisci potes, cui prorsus sterili & infœcundæ Angelus apparuit dicēs: *Concipies & paries filium, qui Samson appellatus fuit?*

*Abul.
Gen. 16.*

Communis etiam sententia Hebræorum est, vt Abulensis notat, quando Agar castigata à Sarai herâ suâ domo excessit, Angelum in pœnam huius inobedienciæ peremisse filium quo grauidata erat; postquam autem denuo ad illam reuersa fuit, dictam sobolem eiusdem Angeli opera reuixisse.

QVINTVM BENEFICIUM corporale.

Quisquis porrò optat, liberos suos probè ac foeliciter educari, commēdet illos tutelæ & manibus Angelorum. Vnde narratur de Manue, eum multò instantissimè Deum precari consueuisse, vt Angelum suum de celo

CUSTODE CAP. XVII. 161

cælo mittere dignaretur, quatenus ab eodem optimum modum educationis filij sui disceret, cuius beneficio eum vxor suâ in sterilitate conceperat.

Nè quis autem dubitet, Angelum supplicium sumere de illis parentibus, qui proles suas in timore & amore Dei non instruunt, Exodum inspiciat, vbi Dominus, aut si Paraphrasi Chaldaicę inhæremus, Angelus Domini Moyfi obuiam factus, & *Exod. 4.* mortē interminatus fuit, eâ de causâ solum, quod is prætermisisset filium suum circûcidere, vt clarius videre licet eodem loco.

SEXTVM ET SEPTIMVM
beneficium corporale.

Sed ad alias huius vitæ molestias ac necessitates trãsgradiamur. Nam in omnibus (quod sexti beneficij locum habet) promptissimam nobis opem Angelus Custos suppeditat. Si quis igitur in carcere se constrictum dolet, festinet ad Angelum, & in memoriam reuocet, qua potentia is Petri

trium